



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

- I. Die Markgrafen bestätigen die Rechte und Besitzungen der Stadt Kremmen, am 8. Mai 1298.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

Zeit auf 1870 Seelen angewachsen, worunter sich 29 Juden und 154 Mann Militair befanden. Doch schon den Beginn des 19. Jahrhunderts bezeichnete eine neue Feuersbrunst, die am 5. Septbr. 1801 einundsechszig Scheunen einäscherte, und am 2. Mai 1840 wurden 157 Wohnhäuser, 496 Ställe und 5 Scheunen ein Raub der Flammen.

U r k u n d e n.

I. Die Markgrafen bestätigen die Rechte und Besitzungen der Stadt Kremmen, am 8. Mai 1298.

In nomine domini amen. Otto, Conradus, Henricus et Johannes, dei gratia Brandenburgenses et de Landsberg Marchiones, omnibus has literas inspecturis salutem in domino sempiternam. Quoniam humana mens de facili labitur in obliuionem, necessarium duximus ea, que a nobis rationabiliter gesta sunt, scripti memorie commendare. Inde est quod notum esse volumus quam presentibus tam futuris et tenore presentium publice protestamur, quod cum Burgenibus nostris in Kremmen mediante discretorum virorum nostrorum prouido consilio et maturo placitando conuenimus in hunc modum, videlicet quod omnem libertatem quam ab antiquo habuerunt, vniuersa et singula ipsis dedimus et donauimus quocumque censeantur nomine, Videlicet syluam siue lacum qui vocatur Moder vsque ad Scharpenberg a monte Scharpenberg vsque ad fluentem Rhyn, a fluente Rhyn vsque ad viam Kortendam et vterius versus Suartenlaken cum omnibus eorum prouentibus, lignis, graminibus, paludibus, pascuis, aquis, agris, pratis atque siluis et omnibus aliis vtilitatibus intra contentis, ipsis donamus et contulimus perpetuo possidendas. Adiciunt preterea, quod dimensio siue ordinatio, mensuratio, in campis, agris, pascuis et paludibus et aliis attinentibus vniuersis ciuitatis Kremmen per Aduocatum nostrum Gallum et per Ernestum famulum de Kalene nunc facta est, et non debet a nobis nec a nostris successoribus hereditariis deinceps fieri dimensio aliqualis. Item ciuitas Kremmen et Burgenfes habebunt sua *) et forum ciuitatem cum molendino Rosmolen vt hactenus consueverunt, libertates etiam a nobis et a nostris progenitoribus sibi prius datas rationabiliter in perpetuum obseruabunt, dummodo nobis de quolibet manso tres solidos denariorum Brandenburgensium in festo S. Martini singulis annis ministrabunt. Pro huiusmodi quidem libertate ac donatione et omnibus aliis articulis premisis, preacti Burgenfes nobis dederunt centum talenta et quatuor talenta denariorum Brandenburgensium paratorum. In supra dictorum siquidem omnium euidentis testimonium et cautelam presentem paginam fieri iussimus singulorum (sigillorum?) nostrorum impressionibus consignari. Testes huius rei sunt, Jacobus de Schliben, Johannes de Nowen, Hermannus de Redern, Zabellus de Plaw, Johannes de Oldenfliede, Johannes de Blankenburg, Henricus de Stegeliz, Arnoldus de Badingen, Nicolaus de Schlabbersdorpf, Henricus de Hakenbeke et Gallus **) tunc temporis Aduocatus milites et alii plures fide digni. Actum et Datum Bötzw, Anno domini

*) Wahrscheinlich sua jura et forum ciuitatis. **) alias: Galle.
Haupttheil I. Bd. VII.

MCC. LXXXVIII. quinta feria ante ascensionem domini et datum per manum domini Johannis de Clepelshagen nostre Curie notarii et capellani.

Nach einer alten Copie im Besitz des Herausgebers und dem angeblichen Originale im Kremmenschen Rathe-Archiv. — Bereits abgedruckt in Gercken's Fragm. March. III, 22. aus der Gumbtingschen Sammlung. Mit dem falschen Datum 1288 in Ludwig's Reliqu. Mspt. IX, 505.

II. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Kremmen alle Privilegien, am 20. Nov. 1324.

Lvdovicvs, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, comes palatinus Rheni, dux Bauarie, sacri imperii archicamerarius, fidelibus suis dilectis consulis et uniuersitati Burgenfium in Cremmen gratiam suam et omne bonum. Communia uestra iura, libertates, proprietates, possessiones, donationes et gratias atque approbatas consuetudines, quibus a nostris antecessoribus, marchionibus Brandenburgensibus, muniti et adornati estis ac donati, approbamus, ratificamus et presentis pagine patrocinio solenniter confirmamus. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Testes uero huius rei sunt spectabilis uir dominus Bartoldus comes de Hennenberg, nobilis uir dominus Güntherus, comes de Lyndo, Honorabilis uir dominus Segerus, prepositus Stendaliensis, nec non Hermannus de Lvcho, cum aliis fide dignis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram paginam infringere, uel ei temere contraire. Si quis uero hoc attemptauerit a nostro fauore se nouerit elongandum. Datum Reppin, anno Domini MCCCXXIV feria tertia post diem sancte Elisabeth in nostra presentia.

Nach dem Originale im Rathe-Archiv.

III. Markgraf Ludwig legt dem Pfarrer in Marwitz, seinem Capellan, eine Hebung aus Prenzlau bei, am 3. April 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc. diuine remunerationis intuitu et etiam commendabilium meritorum consideratione contulimus et presentibus conferimus honesto et discreto viro domino Heinricho plebano in marwitz, cappellano nostro dilecto, XIII librarum redditus annue pensionis uidelicet in moneta nostra prinzlaue VI libras, et in moneta ciuitatis nostre Prinzlaue VII librarum redditus quoad vixerit et ad vite sue tempora singulis annis percipiendos et sine impedimento quolibet quiete et pacifice possidendos. Mandantes singulis dictarum ciuitatum monetariis presentibus et futuris, quatenus dicto domino quilibet suam partem, ut premititur, sine contradictione qualibet in numerata pecunia temporibus debitis presentet, det et integre largiatur. In cuius etc. testes Swyker, Hele, Altman, Magister coquine cum ceteris. Actum et datum Spandowe, A. XLV. dominica quatuoragesima.

Nach dem Copialbuche des K. Ges. Kab. Archives I. C. 4 in quarto. Blth. III, Nr. 44.